



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Pachomius Abb. 14. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

308. VITÆ SANCTORUM. 14. Maii.
quām loqui, silentio acquiesce. Nostri enim
laudatum illud, ordinem labiis constituere,
atque alia dicere, alia audire. S. Grēg.
Naz. S. Moder. in disp. servan.

S. PACHOMIUS ABB. 14. Maii.

Dabit Christianus adolescens vietas
Stygi manus? cūm P A C H O M I U S
nondum Christianus dæmonibus fuerit
formidini, ut præsentē eo vocem mitte-
re non sint ausi, obstupēfacti indole ad
putum Niminis apertā: cuius notitiam
simul atque hausit, continuo carni bel-
lum indixit, quam ut generosius sper-
neret, cælesti ambrosiā, quā Christo
nomen dedit nocte, est pastus. Mona-
stices Tyrocinio profito, jussus est divi-
nitus cœtus cogere ex formulâ, quam
exarata ab Angelo accepit, erudien-
dos. Quos inter celeberrima Theodori
est memoria, qui clarā stirpe genitus,
torā in epulas effusā domo, hāc cogi-
tatione ictus est, mundi fabularum
quām tristis sit catastrophe, & cūm per-
sonatis gaudiis larva detrahitur, quām
non juverit ad tempus insanisse. Secutæ
sunt lacrymæ, quas mater conata abstergere,
né fugæ quidem consilium filio
eripere potuit. Quin adeò cūm diu per-
quisitum delitescere apud P A C H O-
M I U M inaudisset, armata Episcopo-
rum Epistolis irruptit in dicta sancto il-
lius

14. Maii. VITÆ SANCTORUM. 309
lius otio nemora, & ad suas admitti de-
litias propè cum convitio postulavit. P A-
C H O M I U S Theodoro copia facit salu-
tandæ matris, quâ se ille usurum nega-
vit, nî spopondisset P A C H O M I U S, eum
sibi congressum olim fraudi non fore:
quam in rem cautus senex fidem dare non
fuerat. Priusquam quieti se daret, fes-
sa diurno labore membra figillatim sola-
batur; quantillum enim superesse jam jam
in beatitatis rosa collocandis? Quid ad
hæc suaviludii nostri, qui nunquā in Dei
causâ se meminere fatigatos? Ex Metaphr.

Si æterna bona sub aspectum caderent,
itemque supplicia veritatis agnitiæ deserto-
ribus parata, nullius alterius rei desiderium
teneret jam terra sublimiores, & præteriti
temporis acta recolentes cum lacrymis, do-
nec Dei gratia cœlesti nos sponsojungeret.
Ex dictis S. Pachomii.

S. BONIFACIUS EP.

14. Maii.

P Ulchrè B O N I F A C I U S omnes no-
minis sui numeros implevit, puer jam
multorum pater, nunc sine prætextâ,
nunc etiam sine interulâ ad matris sinum
redux, & verò jactabundus etiam, quod
tam exiguis panniculis totum C H R I-
S T U M potuisset tegere. Furtum tamen
jam tuin vel maximè damnavit, eoque
vulpes, quæ subducere matri gallinas

V 3

ama-